ꝑplos in equitate. Letentur celi et ex
ultet terra commoueatur mare et ple
nitudo eius: gaudebunt campi et omnia
que in eis ſunt. Tunc exultabunt
omnia ligna ſiluarum a facie domini quia
uenit: quo uenit iudicare terram.
Iudicabit orbem terre in equitate: et
ꝑplos in ueritate ſua. PS.
Dominus regnauit exul
tet terra: letentur inſule mul
te. Nubeſ et caligo in circui
tu eius: iuſticia et iudicium correc
tio ſedis eius. Ignis ante ipſum precedet:
et inflammabit in circuitu inimicos
eius. Alluxerunt fulgura eiuſ orbi ter
re. uidit et commota eſt terra. Mon
tes ſicut cera fluxerunt a facie domini:
a facie domini omniſ terra. Annuntia
uerunt celi iuſticiam eiuſ. et uiderunt